

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Procli De Sphaera Liber I

Proclus <Diadochus>

Basiliae, 1561

Ingenuis bonaeque spei adolescentibus, Adamo, Sebastiano, Sixto,
Henricho, Ioanni, Henrici Petri filiis, fratribus germanis, affinibus suis
suauissimis

[urn:nbn:de:bsz:31-248967](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248967)

INGENVIS BONÆ
QUE SPEI ADOLESCENTI-
BVS, ADAMO, SEBASTIA-
NO, SIXTO, HENRICO, IOANNI,

Henrici Petri filijs, fratribus ger-
manis, affinibus suis
suauissimis,

MARCVS HOPPERVS

S. P. D.



QVVM nullius hactenus incurrisse reprehensionem hoc institutum intelligam, affines mei amantissimi, quo ante annos non paucos edim in lucem eodem coniunctos volumine hosce mūdane sapiētiæ ^{orwig} ^{ys} parēs uester pro industria sua & meliores studio iuuandi Literas curauit: Sanè ne nunc quidem disjungi eosdem, sed potius addi insuper

¶ 2 ijs

EPISTOLA

ijs etiam alios eiusdem argumenti libellos, & rectè quidem, uoluit. Voco autem eos mundanæ sapientiæ autores, non odioso illo pijs auribus uocabulo, quo seculi huius filij notantur, quos CHRISTVS Dominus noster prudentiores filijs lucis appellat, quorum (teste Apostolo) sapientiã mera apud DEVM stultitia est: sed eos ueluti, qui admirabilis huius, quod cœlo terraq; constat, opificij (quem ab ornatu & pulchritudine sua Græcis *κόσμος*, Latinis uerò mundum appellatum Plinius ait) naturam, partes, motum & alias eius affectiones matura obseruatione scrutati, ad posteritatem scientiam de eo transmisere. de qua PLATO, commendare nobis eam uolens, *παντι γαρ, inquit, μοι δοκει διδασκ*

DEDICATORIA.

ὅτι αὐτὴ γὰρ ἀναγνώζει ψυχῆς τὸ αἶμα ὄραίν, ὅ
 ἅρ τ' ἐνθούδε ἐκείσε ἀγει. Σωτήρης uerò ap-
 pellare eos uolui, quòd opus circa
 idem omnes illi occupati sint, & ab-
 soluendum id quasi per manus sibi
 inuicem tradant. Vnus enim ambi-
 tum eius diuidit: alter usum diuisionis
 eius plenius exponit: tertius par-
 tes diuifas supernè pingit: quartus
 easdem infernè colit. quibus nimi-
 rù hoc dicere uolo: PROCLVS qui-
 dem in prima collo carus acie, nota-
 tis ductis ue sola ratione punctis, li-
 neis atq; circulis, cœli terræq; tan-
 tùm spacia quædam constituit, &
 habitata ab inhabitatis distinguit,
 cuius imaginem sectionis Sphæra
 materialis, quam uocant, ob oculos
 nobis ponit: unde etiam ποδὶ σφαῖρας
 libello huic nomen esse author ipse
 α 3 uoluit.

EPISTOLA

uoluit. Hunc uerò proximè sequēs
 CLEOMEDES, præmissa de natura
 & termino totius disputatione, ua-
 rias de mundi partibus, ut cœlo, ter-
 ra, Sole, Luna, alijsq; uagis stellis, &
 multifario earum motu demonstra-
 tiones, prædicta sectione adiutus,
 subiungit: quibus non tam suã sen-
 tētiam de ijs omnibus corroborat,
 quàm aliorum etiam à uero deuias
 proluxè refutat. Quem postea ARA-
 TVS excipiens, structuræ huius for-
 nicem, ut dixi, superiorem pingit:
 hoc est, uarijs constellationum ima-
 ginibus cœlum ex omni parte depi-
 ctum ostendit: docens, quæ in qua-
 libet firmamenti parte sydera sint
 constituenda, quas ortu uel occasu
 suo tempestates nonnulla eorū por-
 tendant: insertis interdum non in-
 iucundis

DEDICATORIA.

iucundis de quarundam imaginum
 in cœlum translatione fabulis my-
 sticis. quas quidem constellatio-
 nes, quia quod esse dicuntur, reue-
 ra non sunt, sed propter stellarum
 sese consequentium ordinem & po-
 sitionē quasi delineatæ in eum mo-
 dum apparent, φαεινόμυθα, id est, Ap-
 parentia, dici ea uoluit. Extremam
 deinde manum operi huic adhibet
 DIONYSIVS ille Apher, qui (ut di-
 xi) translatis de cœlo in terram spa-
 ciijs illis diuisis, infernè eadem colit:
 hoc est, qua soli natura, quibus po-
 pulis, regnis, maribus, insulis, mon-
 tibus, agris, fluminibus, lacubus, ur-
 bibus, oppidis, & alijs huius gene-
 ris quæq; terræ pars habitabilis cul-
 ta, & sub quo cœli climate ac paral-
 lelo sita sit, ostendit. Et hæc quidem

α 4 de illis

EPISTOLA

de illis. Hanc uerò inter & superiorē huius uoluminis editionē quid intersit, faciliè uidetis: hæc enim HONTERI nunc accessione uenit aucta, qui & carmine elegantissimo & soluta oratione, non mundum tantum dimensus, sed rerum insuper, nos penes quæ existunt, penè omnium nomenclaturam libro postremo complexus est, ab homine exorsus ceu *μικροκόσμος*, causa cuius maior ille creatus creditur: siquidem facta propter hominem omnia, ipse autē propter DEVM, quem creatorem omnium, dominum, & per Messiam *μεσίτην*, patrem suum infinitè bonum, potentem, sapientem ac misericordem cognoscat, cognitum amet, colat, collaudet, atq; glorificet. Deinde uerò & terræ maiorum

DEDICATORIA.

iorum locorum, nationum & insularum aliquot Tabulas, ad oculum omnia, quæ uerbis fuere exposita, ostendentes, modò quoq; accessisse uidetis. Postremò non parum nobis editionem hanc præ altera commendant etiam doctissima illa præceptoris tui, Sixte SCHRECKENFUCHSII inquam in Proclum Scholia hîc adiecta, quæ primum etiam nunc in lucem ueniunt.

At nomini uestro, affines mei charissimî, nuncupatam eam uolui, ut & uobis ad harum studium disciplinarum animum adderem: quarum profectò scientia, præter alia eius commoda quasi infinita, quæ ab alijs sæpe ex instituto fuere tractata, mentem insuper hominis (nisi omnino peruersa sit) ferè non mi-

EPISTOLA

nus quàm expressum uerbum, uera
 Dei creatoris & redemptoris sui co
 gnitione, cultu, & amore informat
 & accendit, inq̄ admirationem e
 ius, laudésque iuges pertrahit, ut
 cum regio Propheta sæpius excla
 met: quàm magnifica sunt opera
 tua Domine? omnia ipsa in sapiētia
 fecisti. Quod nimirum sensisse Pla
 to quoque uidetur uerbis illis pau
 lo antè à me adductis: imò Apосто
 lus ipse, dum Romanis scribens, ho
 minem ad inuisibilis Dei cognitio
 nem per uisibilem hanc mundi ma
 chinam pertingere posse tradit, uer
 ba eius sunt hæc: *τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶ ἀπὸ
 τῆς κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα λαογραφῶ
 νται, ἢτε ἀίδιον αὐτοῦ δυνάμει καὶ θεϊότητι.*

Hos ergo libellos, qui maximam
 huius scientiæ partem continent,
 accipite,

DEDICATORIA:

accipite, & per occasionem legite,
in q̄ ihs uos exercendo oblectate,

Valete affines iucundissimi.

Basileæ,

Kalendis Martijs,

Anno τῆς σωτηρίας ἡμῶν,

millesimo quingen-

tesimo sexage-

simo pri-

mo.



PROLOGUS
In nomine domini Amen
Hic incipit
Anno domini
mille quingentesimo
tercentesimo
quarto
m.

V
A
V
T
viro
vos
re
p
p
p
p
p
p
p